

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Sanctorum magnorum exemplo excite[n]t se ad humilia officia. Cap. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

Pergil. in quo tam felici. Experta est hoc in se Beata Clara  
Vita.  
2. par. c. Se velle occupari in vilissimis Monasterij officiis, quod  
27. experiretur orationem non perdi in talibus officiis sed  
angeri. Quocirca mirum non est magnum illum  
39. virum in Societate P. Andream Ouedum, qui  
ad Abassinos missus fuit, & Patriarcha Æthio-  
piae obiit, præclaris editis sanctitatis exemplis  
antequam esset ad Societatem admissus, Deo  
vouisse, ut si in Societatem Iesu non recipere-  
tur, saltem ad obsequia propria Coadiutorum  
admitti postularet. Adferam formulam vo-  
torum propria eius manu scriptam, huiusmodi.

Roma 27. Junij die Lune 1541. Ego Andreas de Oue-  
do Clericus Toletanae Dioecesis, non cum dolo, aut fraude-  
se sed sponte & liberè voueo & promitto omnipotenti  
Deo glorioseq; Virgini Maria & omni Curia celesti,  
me perpetuo secuturum & obseruaturum Ordinem  
Societatis Presbyterorum Iesu nuncupatorum quorum  
Maior sive Superior Minister est Ignatius de Loyola,  
eorum Presbyterorum sive Societatis ad hoc expresso  
accidente consensu, & in suum consortium me volen-  
tium recipere. Quod si aliquo obstante, ratione, cuius  
meritù non debeam in eorum Societatem recipi, ipsosq;  
Presbyteri consueverint pro tempore recipere aliquos  
(sub corum tamen obedientia) pro ministerio Domus,  
vt scilicet Coquina, porta, expensæ, aut pro seruio Pa-  
trum & Societatis predictæ, eorum similiiter acceden-  
te consensu & voluntate ad infra scripta, promitto ni-  
hilominus & voueo Deo omnipotenti, me futurum v-  
num ex iis perpetuum aut temporalem, ad predicatorum  
Patrum voluntatem, & prout Societas sue-  
rit consuetudo. Ita est (manu propria) Andreas de O-  
uedo.

Hicc appetat, quanti fecerit vir iste sanctus  
in Societatis historia multis in locis commen-  
darus, Officia Coadiutorum nostrorum, ad quæ  
obeunda etiam se peculiari voto obstrinxit, si  
non admitteretur in numerum Presbyterorum.  
Sic scimus P. Hieronymum Natalem, adeo  
1. par. tr. 3. S.P.N. Ignatio carnum, & in Societate magnis  
cap. 9. munieribus perfundetur dicere solitum, (vt te-  
statutus noster Pater Rodericus) duobus tantum  
hominum generibus, se in hoc statu Religioso inuidere:  
primo Novitiis, qui nulli alii rei, præterquam vni suo  
in spiritu profecti vacem & intendant: Deinde fra-  
tribus domesticis officiis obeuntibus, quod liberam &  
exoneratam studiis & curis mentem habeant ad die  
toti orationi intendendum. Verissimum ergo est,  
per labores corporales & virtutes acquiri au-  
gerique etiam devotionem. Quocirca non sunt  
habendi pro distractiis, nec fugiendi tanquam  
dissipantes collectionem internam, & devoutio-  
nis spiritum, sensumque pietatis.

Wading. Benè itaque S. Bonaventura B. Aegidio laico,  
to 2. An. socio S. Francisci, post eius mortem respondit  
A. 1262. scilicet: Nos simplices & idiota quidnam faciemus  
num. 14. vt salvi esse queamus? respondit: Etiam nullam aliam  
homini gratiam conferret Deus, nisi vt ipsum dilig-

ret, sufficeret ei ad obtinendam salutem. Et Aegidius  
Potesne, inquit, homo indoctus aquæ atque doctus diligere Deum? S. Bonaventura respondent, posse etiam  
simplicem aniculam non minus diligere Deum, quam  
sacra Theologie beni doctum doctorem. Fr. Aegidius  
exilens seruient spiritu, in horum ingressus effususq;  
ab ea parte qua cuitatem ressicit, alta voce clamauit:  
O vos pauperculæ simplices, & indocte anis, diligite Do-  
minum Deum vestrum, poteritisq; maiores effici quam  
fit Fr. Bonaventura qui est Doctor celebris, & sacra  
Theologia Magister. Sitq; manus illius immotus, trium  
horarum spatio raptus in spiritu. Idem dictum sibi  
putent à S. Bonaventura nostri carissimi Fratres  
Laici, & idem magni faciant suum statum, pra-  
sertim, quia Deus Pater dixit S. Catharina Se-dile-  
nensi: Si tu peteres à me, virum qui scientia careat, ad<sup>131</sup>  
hunc amorem (perfectum) attingere posis? absolu-  
repondeo, quod sic est enim valde possibile.

## CAP VT QVINTVM.

Sanctorum magnorum exemplo excitent  
se ad humilia officia.

Magnorum Sanctorum exemplis, debent 49.  
excitari Fratres nostri Laici, ad humilia  
seruitia & ad labores corporales, libenter &  
diligenter, & constanter vñque ad mortem sub-  
eundos & multiplicandos. Primo loco propo-  
nendi sunt nobis Apostoli ad imitandum: quo-  
rum nomine sic scribit S. Clemens Romanus:  
Qui in Ecclesiæ iuuenies es tu, curate in omnibus rebus Apol.  
necessariis sedulò ministrare, cum omni sanctitate opt.<sup>132</sup>  
ri vestro vacate, vt omni tempore & vobis & genti-  
bus suppeditare possitis, ne Ecclesiam Dei oneretis. Ett  
enim nos quoque vacantes verba Euangelij subiectas  
operas non negligimus: alij enim ex nobis pescatores  
sunt, alij scenarum artifices, alij agricultæ, nec vnguam  
otiosi sumus. Et S. Paulus de se suisque Coaposto.<sup>1. Cor. 4.</sup>  
lis scribit: Vñque in hanc horam & ejurimus, & sui-<sup>133</sup>  
mus & nudi sumus &c. Laborantes manibus nostris.  
Erat enim artis scenofactoria, vt habetur Act.  
18.3. Et de Fratribus Domini referunt Eusebius ex 1. Lib.  
Hegesippo, coram Domitianu fuisse vocatos, cap.  
tanquam ex Davidico & Regio sanguine pro-  
gnatos, quos extinguente omnino constituerat.  
Qui cum manus ostenderent partim obritas  
callis, partim laceras mechanico labore, ab omni  
suspitione rerum nouarum sine vilâ molesta  
dimisi sunt. S. Ludovicus Gallia Rex singulis Vñcam.  
Sabbatis in abditum locum se conserbat, ibi-  
que pauperum pedes lauabat, abstegebat, &  
osculabatur, eodem modo & manus. Certis et-  
iam diebus ducentis pauperibus cibum præbe-  
bat, antequam ipse comedet, & illis accum-  
bentibus cibum & potum ministrabat. Spiritu-  
dion Episcopus, qui primo Nicæno Concilio. A. 321.  
interfuit, dum ab Episcopali curâ liber esset,  
habuit in more pacere gregem: quod Deus,  
fuisse

fuisse sibi acceptum humilitatis vile officium, miraculo declarauit. Nam cùm dimissis per paucia ouibus, ipse orationi se daret, fures accutreunt insidiaturi gregi, sed occultâ vi ligati, abscedere non poterunt, donec superuenient Spiridon, & furtum exprobrans cum diuina offensa coniunctum, eos oratione soluit à vinclis illis, non humanâ sed diuinâ manu eis inieclis, & donatos agno, liberos dimisit.

<sup>47.</sup> nistrent alij. S. Bernardus, vt scribitur in eius vita, Cum opus aliquod manuum fratres actitarent, quod seu minor vsus ei, seu imperitia denegabat, sordiendo, seu ligna cadendo, & propriis humeris deportando, vel quibuslibet laboribus, & que laboriosis illud redimebat. Vbi verò vires deficiebant, ad vitoria quaque opera configiens, laborem humilitate compensabat. Et paulò post: messis tempore, fratribus ad secundum cum feruore & gaudio S. Spiritus occupatis, cùm ipse quasi impotens, & nescius laboris ipsius, sedere sibi & requiescere iubet, admodum contristatus, ad orationem confugit, cum magnis lacrymis postulans à Deo, donari si-  
<sup>1.1. c. 4.</sup> bi gratiam metendi. Nec se fessus simplicitas fidei, desideruisti Religiosi: Continuò namq; quod petuit, impe- trauit. Et ex illo die in labore illo præ ceteris peritum se esse, cùm quadam iucunditate gratulabatur, tanq; in hoc labore deuotor, quād se in hoc ipso, facultatem eis solo Dei dono reminiscetur accepisse. De eodem scribit Cæstius, cùm clauso ostio calceos sibi inungeret, dæmon specie honesti hospitis monasterium intravit, & vbi esset Abbas requisivit. Ad quēm cum vir sanctus oculos leuasset, dæmon clamauit: Vah qualis Abbas! certè magis deceret illius honestatem hospitibus occurtere, quām ad confusione Fratrum suorum, in calceis inungendis occupat. Statim vir sanctus diuinitas agnouit, illum esse spiritum im- mundum, vnde cum rursus ad opus humilitatis rediisset, spiritus nequam in aërem resolutus, disparuit, & à sancti Abbatis humilitate fugatus est.

Aphthonius laudatus à Theodoreto, cum post quadraginta annos, quibus Monasterio hist. rel. præfuit, factus esset Episcopus, curam gerebat monachorum illorum, illic multos dies versans, interim panos consuēt, vel lente expurgans, vel frumentum abluens, vel aliiquid tractans ex iis qui sunt eiusmodi. Et c. 10. de S. Theodosio ait: Labores semper augens laboribus, persequebatur eam quoque qua manibus sit operationem, nuna quidem sporellas, & vinimeas crates contexens, nunc autem parua prædia in saltu efficiens, & semina deicens, & illius quantum victui sati esset colligens: & atos quoque multos qui ad eum concurrebant, eiusdem habitationis & instituti socios ad eandem vitam deducebat. Memor enim vocis Apo-  
<sup>48.</sup> stolice, que dicit: Noctu diuq; operantes, ne effemus ove-  
ri alicui vestrum. Et: Manus ha mihi, & iis que erant mecum, suppeditarunt. Et ipse laborabat & hortabatur suis contubernales, vt cum anima laboribus, corporis quoque labores coniungerent. Est enim absurdum, vt ij quidem qui, aluntur in vita seculari se affligentes & laborantes, alant filios, & uxores, & tributa præterea conferant, & ab eis exigantur vestigalia, & Deo offe- rent primicias, & mendicorum pro viribus medeantur inopie: nos autem non queramus ex laboribus, ea que sunt necessaria, sed sedeamus compresi mambus alienis autem fruamur laboribus. Hec & talia diuens, hortabatur ad operandum in tempore quidem quo sunt pre- scripta. Diuina peragens officia, id autem quod interce- debat temporis, impendens operi.

Sic

50. Sic S. Zeno pro suis vīsibus, ipse aquam portabat, quam si alter portasset, in eius atrium illam effundebat, & ipse currebat ad fontem pro aliā serbati autem duas vīnas ambabus manibus, vt idem Theodoreus ibidem scribit, nolens bibere aquam portatam ab alio. S. Epiphanius de antiquis Sacerdotibus & monachis disserens: Laborant, inquit, propriis manibus ad impertiendum etiam indigentibus, quemadmodum & in singulis Monasteriis, sum in Aegyptiorum regione, sum in aliis omnibus, sic laborant ad iustitiam, velut apes, in manibus quidem habentes ceras opificij, in ore vero guttas mellis cum proprio hymniferā voce, vniuersorum Dominum, iuxta propriū sensum laudant. De Humberto Monacho sui Monasterij scribit S. Bernardus: Quanti feruoris in opere Dei diebus ac noctibus fuerit, non solum vidisi, sed etiam admirati es, vsque ad diem mortis sua. Cū enim ferè iam ad decrepitam peruenisset aetatem, preter incommoda senectutis, & tot & tanta infirmitatis quas multi vestrum non ignorant, lassatus atque quiescens, erat tamen, vt dicitur, animus viatorum, & cedere nesciens infirmitati. Denique in frigoribus & caloribus, per montes & valles ascendens & descendens, iuuenium laborem persequebatur, ita, vt admiratione omnibus esset & stupori. Supradictum autem retulerat, eum 50. annis fuisse Monachum: vnde constat, iam senio & canicie venerandum, & vt ait S. Bernardus, ferè decrepitum, laboribus corporalibus seu manualibus se impendisse, vsque ad diem mortis sua, quia tantum per triduum agrotauit, vt dicit initio sermonis, quem habuit de eius laudibus, quibus eum ornat, tanquam magnum Sanctum. S. Dominicus minicus solitus est in itinere, suis humeris suam gestare sarcinulam, neque passus est vnguiam, vt quis eius pallium per amplexum ferret. S. Franciscus etiam luis Fratribus solitus erat ministrare, immo cum imbecillissimā ac penē perdita iam valeritudini esset, nunquam sibi seruiri à fratribus passus est, ipse sibi famulus fuit, ipse suis manibus paumenta purgabat, ipse libi laceras vestes & confuebat & dissuebat. Sancta Clara cū virgente S. Francisco, regimen Monasterij suscepisset, plerumque Sororum manibus aquam infundebat, comedentibus ministrabat, infirmarum sedilia lanabat, tergebat, nec sordida fugiens, nec feeda perhorrescens. Pedes famularum de foris reuertentium, sapienter abluit, & a blutis osculata est, vt scribit Surius in vita eius, Sancta Helena Constantini Imperatoris mater, in Hierusalē eidam Collegio Virginum Deo dicatarum seruiebat, vt Ruthenus scriptum reliquit. Placilla Theodosij Imperatoris vxor, ad Imperij sedem eleuata, cum primū Imperialem vestem induit, agrotos maximā diligentia curauit, neque in hac re suorum familiarium aut ministrorum operā vtebatur, sed ipsa se illis præbebat ancillam, ad agrotos proficisciens, & necessaria parans, & ad Xenodochia pergens, suis ipsa manibus agrotis ministrabat, vngues purgabat, ius gustabat quod illis coquebatur, cochlearia illis præbebatur vt comedenter, panem incidebat, cibum in mensa apponebat, cyathos abluebat, omnia tandem minera exequebatur, quæ serui præstare solent, vt idem Ruthenus scribit. Sancta Edburga Regis Anglie filia, facta 56. sanctimonialis, singularum sociari, soccos furtim nocte surripiebat, & diligenter lotos & inunctos ac exficcatos, lectis carum rufus apponebat. Sanctus Antonius Archiepiscopus Florentinus, suis famulis seruiebat, & officia domus vilissima obibat. Et cū adhuc esset Provincialis & Prior in suo Ordine, culinan adibat, cacabos, ollas, ahena mundabat, vericulo accepto domum purgabat teste Mainardo in eius vita. S. Vlmatus Abbas Monasterium ingressus in se recepit curam boues pascendi, & ligna ad fratrum officinas importandi, & nocturnis horis, cū se fratres somno dedissent, omnium purgandi calceos, mundatosque clam suis restituendi. Paphnutius Presbyter apud 58. Cassianum habens cellam ab Ecclesia quinque col., millibus passuum distante, cū nonagenaria capa, excessit aetatem, ab Ecclesia nolens vacuos reverti (quam diebus sabbati & Dominico adibat) v. a. aqua, quam per totam hebdomadam erat sumpturus suis ceruicibus supponens, reportabat ad cellam, & nunquam passus est, eam juniorum fibi labore deferrit. S. Pachomius Abbas, ad horam coniunctam ipse Vt. parabat mensam fratribus, & solita exhibebat officia. Rollane non in hortulis serebat olera, que suis manus nr. 52. rigabat: Si quis etiam monasterij pulsasset officium, vigilanter occurrens, promptè responsa reddebat. Infirmitas autem, diebus obsequebatur & noctibus, & in his omnibus exemplum se maximum suis discipulis offerebat. Et c. 24. vita: Senibus (inquit author vita anonymus) & agrotantibus nec non & parvulis misericordia opera, propriis manibus ingerebat praeter ceteris. Et vt dicitur c. 25. vita, ita adimplebat omnia solus, velut omnium famulus. De Beato Thoma Villanova Archiepiscopo Valentino, scribit Franciscus à Soto in eius vita: eum olim solitum vilia obire officia: preserit seruiendo infirmis, verendo, purgando, letos sternendo, cibos adferendo &c. & validi conabantur persuadere omnibus amicis suis, vt se in talibus misericordie operibus exercerent, tanquam in mediis certissimis ad acquirendum multum apud Deum, & admittendas alie radices virtutis. Ideo vocabat valeridinum, rubrum Moysis, in quo inuenitur Deus, & acceditur cor infirmorum ministri, vnius familiis charitatis & devotionis: & offertur occasio acquienda gratia, per actus humilitatis, patientiae & aliarum excellensmarum virtutum. S. Ioannes Climacus narrat, inter virtutes Mennae Monachi, eximia eius fuisse laborum tolerantiam, vnde 59. annos in cenobio vixet, in summis maximis laborebus, quippe in omni administratione, officijs, cōnobij. Denique, vt scribit S. Hieronymus; Aegypti 62. priorum monasteria hunc morem tenuerunt, vt nullum Ruthenorum operis labore suscepissent. Quod etiam ab ep. 111. Sancti Ruth.
52. cap. 12.  
hæc. 80.  
Lde obitu  
Hum.
53. Chron. S. minicus solitus est in itinere, suis humeris suam gestare sarcinulam, neque passus est vnguiam, vt quis eius pallium per amplexum ferret. S. Franciscus etiam luis Fratribus solitus erat ministrare, immo cum imbecillissimā ac penē perdita iam valeritudini esset, nunquam sibi seruiri à fratribus passus est, ipse sibi famulus fuit, ipse suis manibus paumenta purgabat, ipse libi laceras vestes & confuebat & dissuebat. Sancta Clara cū virgente S. Francisco, regimen Monasterij suscepisset, plerumque Sororum manibus aquam infundebat, comedentibus ministrabat, infirmarum sedilia lanabat, tergebat, nec sordida fugiens, nec feeda perhorrescens. Pedes famularum de foris reuertentium, sapienter abluit, & a blutis osculata est, vt scribit Surius in vita eius, Sancta Helena Constantini Imperatoris mater, in Hierusalē eidam Collegio Virginum Deo dicatarum seruiebat, vt Ruthenus scriptum reliquit. Placilla Theodosij Imperatoris vxor, ad Imperij sedem eleuata, cum primū Imperialem vestem induit, agrotos maximā diligentia curauit, neque in hac re suorum familiarium aut ministrorum operā vtebatur, sed ipsa se illis præbebat ancillam, ad agrotos proficisciens, & necessaria parans, & ad Xenodochia pergens, suis ipsa manibus agrotis ministrabat, vngues
- in Argu-  
sto.

Ad hanc de veteribus Monachis affirmant, & Ecclesiastici historici. Quare tam multorum Sanctorum exempla laboribus manualibus dedicaverunt, merito mouere debent ad imitationem, prelectum exempla Apostolorum. Ideo S. Antonius Abbas, ut ait Abbas Abraham apud Castum Coll. 24. cap. II. differens cum quodam qui propriis manibus non laborabat, & improrobabat hos labores, hoc inde damnum sequi dicitur. *Quod fraudu manuum tuarum, & iusti laboris propria mercede defrauderis, & non permittaris secundum B. apostoli Regulam, quotidianum victum tuis manibus preparare, quem ille, ultima Ecclesia Ephesorum Principibus precepta promulgans, se etiam sanctis Evangelica predicationis studiis occupatum, non solum non alibi, verum etiam his qui erant erga ministerium suum noscitur obsequio prepediti, praebeuisse se memorat, diligenter satis quoniam ad ea que mihi opus erant, & bus qui mecum sunt, ministrauerunt manus iste. Quod tenet ut se fecisse pro forma nostra utilitat ostendat, & retaliabit ait: Non otiosi fuimus inter vos, neque gratis panem ab aliquo manducavimus, sed in labore & satiatione, nocte & die operantes, non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Denique maius his omnibus motu esse debet, ad commendandos labores manuum, quia Christus ipse in Regula proprio ore dictata S. Brigitta (quam Sancta Ecclesia agnoscit pro Regula à Christo ipso dictata in Breviario) sic prescrivit laborem manuum, & illum laudavit in sanctissima sua Matre & Apostolis, & suo quoque exemplo comprobavit. Mater, inquit, omne tempus suum tributum fixit temporibus; unum, quo laudavit Deum ore suo, aliud, quo manus suis ei seruiebatur, etiam corporis infirmitati compatiens, necessaria tribuit etiuncta modum; sic sorores omni tempore, que Diuinis non interessant, vel lectio, & tale tempus fuerit, etiam manus suis laborent, vi sicut mihi seruunt ore sic seruant & reliquias membris. Et iste labor non sit ad aliquam mundi vanitatem, non ad aliquod proprium lucrum, sed sicut labor Marris mea, pro honore Dei, & Ecclesie, vel pauperum utilitate. Omnia autem opera sua facient, cum licentia Abbatisse. Nunquid ego ipse sum Deus, si in mundo sine labore? Nunquid non laborauero, docendo, patiendo? Nunquid Apostoli mei fuerunt sine labore, quibus bene omnia potuisse sufficerent dedisse, sed ipsi omnibus membris suis seruierunt mihi Deo uero, ut per laborem corporalem aptiores essent ad laborem spiritualem. Quocirca bene scripsit S. Basilius: Christus prima suâ aetate Parentum suorum imperio subiectus fuit, & labores corporis omnes aquo cum ipsi animo illis obediens tolerauit. Verisimile enim est cum homines illi essent, & iustitia & pietatis culturam tenues tamen, neque necessariis ad riuendum copitis sicut instructi (quidde ex precepto intelligi potest, in quo venerabilis ille factus est factus) solitos eos in assiduis corporis laboribus versari, & hac ratione quotidianum sicut vitium queritare. Porro Iesus, cum in his, ut diuina littera pradicant, esset subiectus, sine dubio in perseren-*

di, etiam, vna cum ipsis, laboribus morigeram declarabat suam obedientiam. Nam, ut colligitur ex Evangelio Matth. 13, 35. Mar. 6, 3. Christus Dominus fabrilem artem cum Ioseph exercuit, quem fabrum fuisse præter Barradium in cap. 2. Lucæ Paulum Burgensem in c. 6. Matth. & Simonem de Cassia l. 4. c. 2. omnes asserunt. Alij fabrum lignarium (quod Arabicus textus addit.) ut Iustinus in dial. cum Tryphonie, S. Chrysostomus apud S. Thomam in c. 1. Matth. & ipse S. Thomas in c. 13. Matth. Abulensis q. 81. in c. 13. Matt. Lazarus, Carthusianus, Iansenius, Maldonatus, Cornelius. Alij ferrarium, ut S. Hilarius can. 14. in Matth. S. Ambrosius l. 3. in Luc. Beda in c. 3. Marci S. Anselmus l. 3. in Luc. Sed S. Ambrosius virumque insinuat. *Aurifaciem vel murarium fuisse putat Hugo. Sed si faber fuit, vilia faciebat. Hinc S. Iustinus l. c. Erat, inquit, aratra & iugaboum conficiens.*

## CAPUT SEXTVM.

*Deus magni estimat labores manus.*

**L**abores corporales, seu manuales, fratrum Laicorum, valde estimat Deus. Indicavit hoc Deus Pater S. Catharinae Senensi: Tu, & alijs servi mei noueritis, qualiter & quomodo sacrificium de vobis mihi facere debetis. Dico, sacrificium actuale pariter & mentale simul vniuum prout vniuum est vas cum aqua, quod alicui Domino presentatur. Nam aqua sine vase presentari non posset. Vas quoque vacuum Domino presentatum, non esset acceptum. Ita dico vobis, quia mihi debet offerre vas istud, videlicet labores plurimos actuales, & alia corporalia exercitia sancta, quoconque modo mihi concedere placuerit vobis. Nec eligere debetis vestram voluntate tempus neque locum sive labores, ut vobis gratum est, sed ut mihi concedere placet. Sed istud vas omnino debet esse plenum, videlicet omnia tolerando cum amoris affectu, atque patientia vera, defectus vestri proximi, cum odio tamen & dispicentia peccatorum (scilicet non curando, & quis tuos labores carpat, vel parui estimet.) Tunc isti labores, quos tibi nomine vas appellavi, reperirentur aqua gratia mea pleni, que confort anima vitam. Et ideo in hac quoque vita remuneratur modis miris. Supradicimus ab Angelo numeratos esse cuiusdam Eremitas laborantis in portanda pro se aqua passus. Et nostri Fratris Rodriguez frater fatigatio pedestrin itineris sudantem, esse a Beatissima Virgine candidissimo linteo absterbam, cum praeterea non posset Patris iunioris gressus & passus æquare, ac ideo praeterea debilitate, in monticulo quodam concedisset. Fratrem nostrum Murarium splendidores manus post mortem habentem, à Patre Petro Scarga esse visum. Sed non desunt alia huius diuini fauoris argumenta, quibus honorat etiam